✠



OS DON INOCENCIO MAXIMO por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica, Obispo de Bertinoro, y de nuestro santissimo Padre Gregorio, por la diuina prouidencia Papa XV. Nuncio, y Colector Apostolico en estos Reynos de España con facultad de Legado a latere. Otro si, juez executor que somos del negocio y causa infraescrita, en virtud de vn Breue y letras Apostolicas expedidas por su Santidad, sub anulo Piscatoris, a instancia, pedimiento, y suplicacion dela Religion de la Compañia de Iesus, que de yuso iràn insertas. A los venerables en Cthrio Padres Señores Arçobispos, y Obispos destos Reynos, y a sus discretos Prouisores, Oficiales, y Vicarios generales, y a los Cabildos, ansi de las Metropolitanas y Catedrales, como Colegiales; a los Curas, Rectores, Beneficiados, Clerigos, y a las demas persona, o personas, a quien lo contenido en estas nuestras letras toca, o puede tocar en qualquier manera, y a quien fueren intimadas y notificadas, cuyos nombres, y cognombres auemos aqui por expressados y nombrados, siendolo en su intimacion, y a cada vno insolidum, salud en nuestro Señor Iesu Christo. Sepan, que ante nos parecio el Reuerendo Padre Isidro de Arce, Religioso, y Procurador general de la dicha Cōpañia de Iesus, por las Prouincias de España, y en su nombre presentò las dichas Bulas, y letras Apostolicas de su Santidad, que para que dellas, y de nuestra jurisdicion conste, las mandamos aqui inserir, cuyo tenor es el siguiente.

GRegorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam: Romanus Pontifex militantis Ecclesiæ regimini inscrutabili diuinæ prouidentiæ sapientis Præpositus, & Christi fidelium sub suaui Religionis iugo altissimo famulantium eorum præsertim, qui vberes, asiduosque in vinea Domini fructus indefessis studijs afferunt fœlici statui, atq; commodis inuigilans, nonnulla aliquando, quæ rationabilibus causis Apostolica authoritate cōcessa, & decreta sunt, ipsa rerum experientia suadente moderatur, & immutat, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Aliàs si quidem

à fœli-

à fœlicis recordationis Leone Papa Vndecimo prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet.

Leo Papa Vndecimus, ad perpetuam rei memoriam. Impositi nobis Apostolici muneris debitum exposcit, vt in his nostræ authoritatis partes libenter interponamus, per quæ differentijs, & controuersijs inter Ecclesiasticas personas vigentibus, è medio sublatis eorum quieti opportune consulamus. Cum itaque aliàs fe.re. Paulus Papa III. prædecessor noster Societati Iesu ab ipso institutæ, & approbatæ, eiusque Socijs inter alia concesserit, vt de eis, quæ in ornamentis, aut pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, seu pro victu & indumentis eorum, nec non pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliquæ domus Societatis prædictæ obligatæ forsan existebant, ac de domibus, & Collegijs, & eorum prædijs, hortis, alijsque locis eisdem Socijs haberi concessis, aut de his, quæ sibi pro huiusmodi rebus, domibus, Collegijs, locis, & hortis emendis per quascunque personas pro tempore legari, aut relinqui contigisset, & alijs bonis quibuscunque per dictam Societatem, & ipsius Collegia possessis, & obtentis, aliquam decimam etiam Papalem soluere, seu canonicam portionem exhibere seu ad præstationem procurationum Legatorum prædictæ Sedis, vel Nuntiorum ipsius, aut ordinariorum locorum & exactionem collectarum, seu subsidiorum, vel prouisionum quoruncunque minime tenerentur, nec ad id per literas eiusdem Sedis, aut Legatorum, vel Nuntiorum, seu diœcesanorum prædictorum cuiuscunque tenoris forent, vllo vnquam tempore compelli possent, nisi ipsæ literæ Apostolicæ plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, & concessione huiusmodi, ac de eorum ordine mentionem fecissent. Et si forte per ipsum Paulum prædecessorem, vel dictam Sedem de pijs legatis, dispositis, & relictis in genere, vel specie decima, vel alia portio, seu quarta alteri piæ vel non piæ causæ quomodolibet eatenus concessæ fuissent, vel illam in posterum concedi, seu solui, aut dari mandari cõtigisset, Socios dictæ Societatis, ac illorũ domos, & bona quæcunque, & eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum fauorem disposita in concessionibus, & mandatis huiusmodi minime comprehendi decreuerit, & voluerit, nisi de ipsis, ac prædicto decreto, & voluntate non per clausulas generales idem importantes, sed vera, & expressa atque specifica mentio fieret in eisdem, & aliàs prout in literis Apostolicis eiusdem Pauli prædecessoris sub data

anno

anno Incarnationis Dominicæ 1549. decimo quinto Kalendas Nouembris Pontificatus sui anno xv. expeditis. Cumque de inde re: me. Pio Papæ IIII. pro parte Præpositi generalis, & vniuersæ Societatis prædictæ exposito, quod quamuis dictus Paulus prædecessor eandem Societatem, eiusq; personas à decimarum, & aliarum quarumcunque impositionum solutione exemisset, quia tamen id disertis verbis non videbatur explicatum, nec non in exemptione illis concessa huiusmodi de domibus probationis, & Collegijs eiusdem Societatis, non tamen professorum domibus, quæ iuxta regularia illius instituta bona stabilia habent, aut habere possunt, specialis mentio facta fuerat, molestiam ipsis inferri, ac domos probationis & Collegia ipsius Societatis super exemptione huiusmodi perturbari posse tempore procedente timebant id circò supplicationibus Præpositi Generalis, & Societatis prædictorum inclinatus, priuilegia, & exemptionem, & cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, literas Pauli prædecessoris prædictas, & illarum vigore domos, & Collegia eiusdem Societatis vbilibet constituta, & inde secuta quæcunque, iuxta tenorem literarum earundem Apostolica auctoritate ex certa scientia confirmauerit, & approbauerit, ac etiam plenariè innouauerit, & de nouo quatenus opus esset concesserit, necnon illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiecerit, omnesq; & singulos iuris & facti defectus, si qui forsam interuenissent in eisdem suppleuerit. Et nihilominus pro potiori cautela vniuersam Societatem, omniaq; & singula illius domos probationis, & Collegia vbilibet existentia præsentia, & futura eorumque personas, fructus, redditus, prouentus & bonorum ecclesiasticorum, secularium & regularium quorumcunque illis pro tempore vnitorum, aliaq; res, & bona quæcunq; à quibusuis decimis etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, & aliàs quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiam pro tempore impositis, etiam si in illorum impositione caueretur, quod nulla prorsus exēptio cuique aduersus illa suffragetur. Ita quod Societas, eiusque domus, Collegia, fructus res, & bona prædicta semper ab illis absque declaratione desuper facienda exempta essent, & esse censerentur, perpetuo liberauerit, & exemerit, & alia fecerit, prout in eiusdē Pij prædecessoris in forma Breuis sub data die 19. Augusti 1561. Pontificatus sui anno secundo. Et cū demum piæ me. Gregorio Papæ XIII. etiam prædecessori nostro, pro parte tūc existentis Præpositi generalis eiusdem Societatis Iesu pariter exposito, quod licet prædictus

 Pau-

Paulus III. prædecessor volens dictam Societatem per eum Apostolica auctoritate institutam, & approbatam illiusq; Socios fauore prosequi gratiæ specialis, inter alia eidem Societati & Socijs supramemoratam exemptionem à decimis concessisset, & indulsisset, & successiue Pius IIII. literas ipsius Pauli III. vt supradictum est, confirmasset, & approbasset, & alia concessisset, prout in singulis supradictis Pauli, & Pij prædecessorum literis plenius continebatur, nihilominus quia in illis nulla de constitutione re. me. Innocentij Papæ III. similiter prædecessoris nostri in Concilio generali super decimis edita, quæ incipit: Nuper expressa, & specifica mentio facta, nec ei specialiter, & expresse derogatum fuerat. Idem Præpositus dubitabat singulas literas prædictas de subreptionis seu nullitatis vitio notari, & Societati, illiusq; domibus, Collegijs, & personis prædictis minus vtiles reddi aut illa super exemptione huiusmodi molestari, vel perturbari posse, tempore procedente, idem Gregorius prædecessor quarumcunq; litium, & causarum super præmissis iam forsan motarum statum & merita ac nomina, & cognomina iudicium, & collitigantium, ac titulos, & iura eorum pro expressis habens, & ipsius Præpositi generalis supplicationibus ea in parte inclinatus voluerit, ac Societati, illiusq; domibus etiam probationum, Collegijs & personis prædictis auctoritate Apostolica concesserit, quod singulæ literæ prædictæ cum exemptionibus, cæterisq; omnibus & singulis in eis contentis clausulis, & decretis, processusq; habiti per eosdem, & inde secuta quæcunq; valerent, plenamq; roboris firmitatem obtinerent, ac eis quibus concessa existebãt, perpetuo suffragarentur in omibus, & per omnia perinde ac si in illis de constitutione Innocencij prædecessoris, & seu Concilij generalis huiusmodi specifica & expressa mentio facta, eique specialiter & expressè derogatum fuisset, prout idem Gregorius prædecessor dictæ constitutioni ad effectum præmissum specialiter & expresse derogauit, decernens ita quibuscunq; causis pendentibus & futuris per quoscunq; Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes iudicari & diffiniri debere, irritum quoq; & inane quicquid secus super his à quoq; quauis auctoritate scienter vel ignoranter cõtingerit attentari, & aliàs prout in eiusdẽ quoq; Gregorij predecessoris in forma breuis sub data die prima Ianuarij 1578. Põtificatus sui anno sexto expeditis literis plenius cõtinetur. Cumq; sicut accepimus, ex eo quod occasione prædictorũ priuilegiorũ religiosi dictæ Societatis se, eorumq; domos etiã probationũ, Collegia & loca, ac prædia, res & bona quæcũq; à solutione etiã decimarũ, quæ Parochialibus

& alijs

& alijs Ecclesijs de iure, vel consuetudine, seu quouis alio titulo, vel causa debentur, exemptos esse. Contra verò Metropolitanarũ, & Cathedralium, ac aliarum Ecclesiarum Archiepiscopi, Episcopi & alij Præsules venerabiles fratres, & Capitula, & Parrochialiũ Ecclesiarum Rectores Regnorum Castellæ, & Legionis dilecti filij ipsos religiosos Societatis Iesu tali exemptione in maximum illorũ præiuditium abuti pretendunt, inter illos dudum super hoc diuersæ lites, seu controuersiæ ortæ, & in causa, seu causis huiusmodi ad aliquos actus deuentum fuerit, & licet demum de ineunda inter ipsas, partes aliqua concordia tractatum, & in Cõgregatione generali Capitulorum, & totius Cleri dictorũ Regnorum in Ciuitate Valisoletana de anno 1602. habita, diuersæ propositiones hinc inde inter ipsas partes ad effectũ huiusmodi concordiã ineundi factæ fuissent. Nihilominus aliquid conclusum non extiterit, sed vtraque pars negotium istud ad Romanum Pontificem remiserit. Nos qui inter Ecclesiasticas personas pacem, & quietem perpetuo vigere, & conseruari sincero desideramus affectu, remissionem huiusmodi acceptantes, negotium huiusmodi iussu felic. recordat. Clementis Papæ Octaui prædecessoris nostri mature discussum, & examinatum pro æquitate terminare, ac omnem vlterioris controuersiæ, & discordiæ inter dictas partes occasionem præcidere statuimus. Id circò singularum Pauli, Pij, & Gregorij prædecessorum, & aliarum quarumcumque in fauorem prædictæ Societatis, super huiusmodi exemptione expeditarum literarum veriores, ac totos tenores, & datas præsentibus pro plenè, & sufficienter expræsis, & ad verbum insertis habentes. Necnon quascũque lites, & causas præmissorũ occasionem hactenus inter venerabiles fratres Archiepiscopos, Episcopos, & alios Præsules fratres nostros, & quasuis Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas, Parrochiales, & alias Ecclesias, earumque Capitula, Collegia, Rectores, & alias Ecclesiasticas personas dictorum Regnorum ex vna, & dictam Societatem, & quasuis illius domos, etiam professorum, necnon Collegia, domos probationis, & alia loca quæcunque ex altera partibus coram quibuscunque iudicibus, etiam nostri sacri Palatij Apostolici Rotæ Auditoribus, ac etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & in quacunque instantia, tam coniunctim, quam diuisim, pendentes, quorum status, & merita, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium, præsentibus similiter pro expressis haberi volumus, in eisdem statu, & terminis in quibus reperiuntur, ad nos harum serie reuocãtes, illasque penitus

 extin-

extinguentes, ac quascumque sententias, literas executoriales ad fauorem Societatis seu illius domorum, seu Collegiorum, aut alicuius illorũ quomodolibet latas, & relaxatas, & etiam forsam exequutas & alias quascumque prouisiones quomodolibet, & quãdocunque ad eorundem fauorem expeditas reuocãtes, & ad præsentium præscriptum reducentes, ac perpetuum partibus ipsis super præmissis omnibus & singulis silentium imponentes: saluis tamen quibuscumq; concordijs, seu trãsactionibus inter partes initis, quas in suo robore remanere volumus, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine harũ serie perpetuo statuimus, decernimus, & ordinamus, vt ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus prædicta Societas, & illius domus etiam probationum, atque Collegia & loca quacumque vbiuis locorum in prædictis Regnis Castellæ, & Legionis existentia ratione prædiorũ, possessionum, vinearum, oliuetorum, terrarum, hortorum, & bonorum quorumcumque, quæ nunc possident, quomodocumque, & vndecunque ad eos peruenta, aut per eos acquisita fuerint, & etiam eorũ quæ in posterum perpetuis, futuris tẽporibus ex nouis domorum, seu Collegiorum fundationibus, aut alijs largitionibus, donationibus, legatis, testamentis, codicillis, seu vltimis voluntatibus, dumtaxat acquirent, & non solum eorum, quæ locare, & arrendare solent, sed etiã eorum, quæ per proprios colonos, ac proprijs quoque manibus excolant, loco decimæ, vigesimam scilicet ex singulis viginti, vnum eorum fructuum cuiuscumque generis, & speciei, quos in illis colligunt, necnon pecorum, & aliorum animalium, quæ in illis enutrient, piscationum, auium, aliarumque rerum, & specierum, de quibus de iure, vel consuetudine decimari solet Ecclesijs, quibus alioquin circunscriptis dictis priuilegijs decima persolui deberet, persoluere teneantur, & obligati existant. Et quia euenire poterit, vt Religiosi dictæ Societatis alia prædia, possessiones, terras, & bona emptionis titulo in posterum acquirant, aut prædia, terras, & bona extraneorum excolant, vel per eorum colonos excoli faciant. Nos ne super bonis in posterum acquirendis, aut excolendis huiusmodi, & alijs supra deductis noua controuersia deinceps oriatur, declaramus, & pariter statuimus, & ordinamus, quod ratione eorum prædiorum, possessionum, terrarum, & bonorum, quæ emptionis titulo acquirent, aut quæ titulo locationis ab alijs conduxerint, ipsi colent, aut coli facient, non vigesimã, sed integram decimam ijs Ecclesijs, quibus, & prout ante

quam

Nota

quam ipsi religiosi illa tenerent, debebatur, pariter soluere teneantur, & obligati existāt. Ad huiusmodi autem vigesimæ, seu decima solutionē, hortos, seu viridaria, quæ apud eorum domos, seu Collegia intra ciuitates, & oppida habuerint, necnon etiam vnum tantum prædiorum in agro pro vnaquaque domo, seu Collegio, quod tamen muris circundatum sit, & quatuor fanegarum illarum partium mē suram non excedat, exempta esse volumus, & ordinamus. Decernentes ipsos Societatis Iesu Religiosos, ad mediæ decimæ, seu vigesimæ, & integræ decimæ huiusmodi respectiuè solutionem faciēdam de cætero omnino teneri, & ad id censuris & pœnis Ecclesiasticis, alijsq́ opportunis iuris, & facti remedijs æque ac non exemptos cogi, & compelli posse, neque ab huiusmodi mediæ decimæ, seu vigesimæ, vel integerè decimæ solutione, prædictarum Pauli, Pij & Gregorij, aut aliorum Pontificum prædecessorum literarum; aut alio quouis prætextu, causa, vel occasione resilire, vel deficere vllatenus posse, ipsos verò Archiepiscopos, Episcopos, ac Præsules & Capitula & Rectores Ecclesiarum prædictarum, & alias personas Ecclesiasticas, quibus huiusmodi mediæ & integræ decimæ respectiue debebuntur earum solutione, prout a nobis, vt præfatur, statutum est, contētos esse debere, præsentes quoque literas, ex eo quod partes ipsæ præmissis non cōsenserint, aut alio quouis prætextu, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui, aut infringi, suspendi, limitari, retractari, reuocari, aut in ius, vel controuersiam vocari, seu ad terminos iuris reduci, aut aduersus illas quodcunque gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrati nullatenus posse, sed semper ac perpetuo validas, & efficaces existere, ac fore, ac illius omnibus & singulis, quos concernunt, plenissime suffragari, ac ab illis respectiue obseruari debere. Sicq́; & nō aliter per quoscūque iudices ordinarios & Delegatos, etiā causarū palatij Apostolici Auditores, ac sāctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiā de latere Legatos, ac Sedis Apostolicæ Nuntios sublata eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudicādi, & interpretādi facultate & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquā, quauis auctoritate, sciēter vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabili fratri Archiepiscopo Toletano, ac delectis filijs causarū Curiæ Camaræ Apostolicæ generali Auditori, ac nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarū Nūtio, per præsētes cōmittimus

 & man-

& mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte, tam Societatis, quam Capitulorum, & aliorum prædictorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos, eorundem præmissorum effectu pacifice frui, & gaudere. Non permittens illos, aut aliquos eorũ desuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoscunque, ac præmissis non parentes, eisque auxilium, consilium, vel fauorem, publicè vel occultè, directè, seu indirectè quomodolibet præstantes, per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescẽdo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus prædictis Paulij, Pij, Gregorij, & aliorum Põtificum prædecessorum literis, ac similis memor. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de vna & in Cõcilio generali edita, de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque Apostolicis, ac in vniuersalibus Prouincialibusque, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac regulis Cãcelleriæ nostræ, & præsertim de iure quæsito non tollendo, necnon tã ipsius Societates, quam quarumcunque Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, Parochialium, & aliarum etiam iuramẽto, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque in dultis, & literis Apostolicis illis, eorũq; superioribus, & personis in genere vel in specie sub quibuscũque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis ac irritantibus, & alijs decretis, etiam in forma Breuis, tam per nos, quã quosuis prædecessores nostros, ac etiam dictæ Sedis Legatos, etiam ad quorumuis Imperatorum, Regum, Ducum instãtiã, aut etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut etiam consistorialiter, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & inuocatis, etiam mari magno Bulla aurea, aut alias nuncupatis. Quibus omnibus, & singulis etiã si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa & indiuida, non autem per clausulas generales idem importãtes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut

aliqua

aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrarijs quibuscunque. Seu si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si foret exhibitæ, vel ostẽsæ. Datũ Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die vigesimatertia Aprilis 1605. Põtificatus nostri anno primo. M. Vestrius Barbianus.

Nos quibus plenè constat, quã præclara dicta Societas eximiæ erga sedem Apostolicam obedientiæ & obseruãtiæ, ac propensæ voluntatis specimina semper ediderit, quodque ab ea maximi, & vberrimi in Ecclesiã Catholicam spirituales fructus defluxerint, & continuè defluant. Religiosique Collegiorũ & domorum eiusdem Societatis, in prædictis Regnis consistentium ad Gentiliũ & infidelium partes trãsmissi grauissimis laboribus, incommodis & periculis suis, rem Christianam in Philippina, Peruana, Mexicana, Paracuarensi, & noui Regni Prouincijs, totaque India Occidẽtali tueri, & conseruare, ac etiã Domino cooperante augere non desinant, & in primo dictis Regnis, sicut accepimus Religiosi aliorum Ordinum aliquas decimas ratione bonorum, quæ proprijs manibus & sumptibus excolunt, soluere, seu præstare non consueuerint, Dictam Societatem, ac illius Collegia, domos & alia loca in primodictis Regnis existentia, specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, necnon Præpositum Generalem eiusdem Societatis, ac domorũ & Collegiorum, aliorumque locorũ, huiusmodi singulares personas à quibusuis excõmunicationis, suspensionis & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, siquibus quomodolibet innodatæ existũt ad effectum præsentium dũtaxat consequendum, harum serie absoluentes & absolu-

tos

tos forè concenſentes, ſupplicationibus pro eorum parte nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidē Societati quod de cætero perpetuis futuris tēporibus illa, omniaque, & ſingula illius domus, Collegia, & loca vbicunque in primo dictis tamen Regnis dumtaxat exiſtentia, præſentia & futura ad ſolutionem, & præſtationem decimæ integræ, vel dimidiæ ratione prædiorū, poſſeſsionū, vinearum, oliuetorum, terrarum, locorum, & aliorum bonorū quorūcunq; eiuſdem Societatis in primo dictis Regnis dumtaxat, & quæ proprijs manibus, aut ſumptibus, & per proprios colonos nunc excolunt, & pro tempore excoluerint, ſiue prædia, poſſeſsiones, oliueta, & alia bona huiuſmodi ad Societatem, illiuſque domos & Collegia, & alia loca prædicta ex eorum fundatione, aut alijs largitionibus, donationibus, legatis, teſtamentis, codicillis, aut alijs vltimis voluntatibus, vnionibus, applicationibus, cōceſsionibus, emptionibus, aut alijs acquiſitionibus, ac aliàs quomodocunque & qualitercunque actenus iam ſint acquiſita, ſiue in poſterū ad eandem Societatem, Religioſoſque illius defferri contigerit, niſi prout alij Mendicantes ſoluere cōſueuerunt, minimè teneantur. Præinſertis Leonis prædeceſſoris huiuſmodi literis in alijs omnibus firmis, & illæſis remanentibus Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus, nec illos per Archiepiſcopos, Epiſcopos, Præſules, necnō Capitula, Collegia & Rectores Metropolitanarū, Cathedraliū, Collegiarū, Parochialiū, aliarūq; Ecleſiarū primo dictorū Regnorū, nūc & pro tēpore exiſtētes, & quoſuis aliàs ad ſolutionē decimarū huiuſmodi ratione bonorū eiuſdē Societatis, quæ proprijs manibus, vel ſumptibꝰ, vt præfatur, excolūt, ſeu excoli faciunt, aut excolent aliter faciendā, quā prout dicti Mendicantes ſoluere cōſueuerunt, cogi, aut compelli poſſe, minuſque eos deſuper earundem literarum Leonis prædeceſſoris, ſeu quocunq alio colore, vel ingenio publicè, vel ocultè, directè vel indirectè moleſtari, perturbari, aut inquietari, præſētesq; has noſtras literas, ex eoquod moderni Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijque Præſules, necnō Capitula & Rectores prædicti, & alij quicūque in præmiſſis intereſſe quomodolibet habētes, vel habere prætendē-

tes

tes eisdem præmissis non consenserit, ad eaque vocati non fuerint, aut aliàs ex quocumque etiam enormissimæ læsionis, seu alio capite quantumuis legitimo & iuridico de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu inter intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari impugnari, retractari, infringi, annullari, aut in ius, vel cõtrouersiam vocari, aut ad viam, seu terminos iuris reduci, siue aduersus illas quodcumq; iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, seu concedi nullatenus vnquam posse, sed illas semper & perpetuo validas, efficaces esse & fore, ac eidem Societati, illiusque domibus, Collegijs & alijs locis prædictis quæ concernunt, & in futurum concernere poterũt plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat & spectabit in futurum obseruari, sicque & nõ aliter per quoscumque iudices ordinarios, commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublatã eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, & authoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquã quauis auctoritate, sciẽter, vel ignorãter cõtigerit attentari decernimus. Quo circa venerabilibus fratribus Innocentio Episcopo Britonoriẽsi, moderno, & pro tempore existenti nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nũcio, ac Andreæ Episcopo olim Conchẽsi hæreticæ prauitatis in eisdẽ Regnis Hispaniarum Inquisitori generali, nec nõ dilecto filio causarũ Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori per presentes committimus, & mãdamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorũ per se, vel alium seu alios præsentes litteras, & eis cõtenta quæcũq; vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Præpositi Generalis, & Religiosorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistẽtes faciant præmissa omnia ab omnibus, quos illa cõcernũt, inuiolabiter obseruari, ipsosq; Præpositum Generalem, & Religiosos seu aliquem illorum præmissis omnibus, & singulis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari: contradicto-

res quoslibet,& rebelles per ſentētias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas,aliaq; opportuna iuris,& facti remedia appellatione poſtpoſita cōpeſcēdo,legitimiſq; ſuper his habendis ſeruatis proceſsibus ſententias, cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus,aggrauādo , inuocato etiam ſi opus fuerit ad hoc auxilio brachij ſecularis.Non obſtantibus ſingulis præmiſsis,ac noſtra & Cancellariæ noſtræ regula de iure quæſito non tollendo,nec non piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri de vna & in Concilio generali edita de duabus dietis,dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur,ac alijs quibuſuis Apoſtolicis etiam in vniuerſalib⁹,prouincialibuſq; & ſynodalibus cōcilijs editis ſpecialibus,vel generalibus conſtitutionibus,&ordinationibus,nec non tam ipſius Societatis illiuſque domorū, Collegiorum,& aliorū locorū prædictorum,quam quarūcunq; Metropolitanarum,Cathedralium,Collegiatarum Parrochialium , & aliarum Eccleſiarum primo dictorum regnorum, etiam iuramento , confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus priuilegijs quoque , indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Archiepiſcopis, ſiue Epiſcopis , eorumque Eccleſijs,Capitulis &Canonicis,ac alijs quibuſuis perſonis,ſub quibuſcumq; tenoribus,& formis ac cum quibuſuis clauſulis,& decretis in contrarium forſam quomodolibet cōceſsis,confirmatis,& innouatis , aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici,ſuſpendi vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam &expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mētionem. Quibus omnibus,etiam ſi de illis,illorumque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica & expreſſa mentio præſentibus facienda foret,illorum tenores præſentibus pro plene & ſufficienter expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſūris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die decima quinta Februarij , 1623. Pontificatus noſtri anno tertio. S. Cardinalis Sanctæ Suſannæ.

Taſsi

Y ansi presentadas las dichas Bulas y letras Apostolicas de suso incorporadas, nos pidio y suplicò mandassemos aceptar la jurisdicion que por ellas su Santidad nos daua y concedia, y procediessemos a su execucion y cumplimiento, dandole nuestras letras y mandamientos, con penas y censuras en forma, lleuandolas, y haziendolas lleuar a pura y deuida execucion, con efecto y justicia. Y por nos vistas (auiendo con la deuida reuerencia y respeto aceptado la jurisdicion, procediẽdo a su execucion y cumplimiento) mandamos dar, y dimos las presentes, por las quales, y por la autoridad Apostolica a nos cõcedida, de q̃ en esta parte vsamos, exortamos, requerimos, y siendo necessario mandamos en quanto a los dichos señores Arçobispo, y Obispos, en virtud de santa obediencia, y so pena del entredicho del ingresso de sus Yglesias, y suspension de los actos Pontificales, y de cada mil ducados aplicados para gastos de la Camara Apostolica. Y en quãto a los dichos Cabildos, ansi de las Metropolitanas, Catedrales, como Colegiales (como dicho es) so pena ingresso de sus mesas Capitulares, y de cada mil ducados aplicados como dicho es. Y en quanto a cada vno de los capitulares de los Cabildos, y a los Curas, Retores, Beneficiados, Clerigos y a las demas persona, o personas a quien lo cõtenido en estas nr̃s letras toca, o puede tocar en qualquier manera, y a quien fueren intimadas y notificadas, cuyos nombres y cognombres auemos aqui por expressados siendolo en su intimacion, y a cada vno, y qualquier dellos insolidum como dicho es, en virtud de santa obediencia, y sopena de excomunion mayor Apostolica, trina canonica monitione præmissa en derecho latæ sententiæ, y de cada quinientos ducados aplicados en la forma dicha, que siẽdo requeridos con estas nuestras letras por parte de la dicha Cõpañia de Iesus, vean las dichas Bulas Apostolicas de suso insertas, y las guarden y cumplan, hagan guardar y cumplir en todo y por todo, segun y como en ellas se contiene, sin yr ni venir en manera alguna, ni por ninguna causa ni razon contra su tenor y forma, y lo cumplã ansi los vnos y los otros, cada qual en quanto le toca è incumbe, tocare e incumbiere, con apercebimiento que lo contrario haziendo, procederemos contra los rebeldes contumaces, è inobedientes, agrauacion, reagrauacion, declaracion, y execucion de las dichas penas y censuras. Y mandamos que a los traslados destas nuestras letras etiam impressos y sellados con nuestro sello ordinario, y firmados de nuestro Secretario infrascrito, seles dè la misma fè y credito que alas presentes originales Por cuyo tenor mandamos a qualquier Notario o Escriuano para ello requerido por parte de la dicha Compañia de Iesus, sopena de excomunion mayor latæ sententiæ, notifique las presentes a las personas que se les

les pidiere, y van dirigidas, y de todo de fè sin las detener, pagandoles sus deuidos derechos. Dada en Madrid, a veynte y nueue de Abril de mil y seyscientos veynte y tres años. Innocent. Episcopus Bertinori, Nuntius Apostolicus. Por mandado de su Señoria Illustrissima. Bartolome Gutierrez Notario Secretario.